

IO. BAPTISTAE
 PONTANI
 ADVOCATI
 ROMANI
 DE SPOLIO
 Libri III.



CVM LICENTIA SUPERIORVM.



ROMAE,

IN AEDIBVS POPVLI ROMANI.
 MDLXXIX.



ILLVSTRISSIMO

AC REVERENDISS. DOMINO

D. PHILIPPO BONCOMPAGNO

CARDINALI S. SIXTI

Ioan. Baptista Pontanus S.



NOTISSIMUM tibi est ac ceteris
omnibus Iurisconsultis, Illustris-
sime ac Reuerendissime Domi-
ne, quòd postquam bona omnia
primæuo iure naturæ inter ho-
mines communia, successiuo
gentium iure cuiusque propria euasissent, eorum fi-
nibus distinctis fuit quoq; eodem iure illorum ple-
na defensio, etiam per violentiam hominibus per-
missa; ut vim ui eis repellere liceret: verum cum pe-

† 2 deten-



IO. BAP. PONTANI
ADVOCATI ROMANI
DE SPOLIO LIB. I.



PRAEFATIO OPERIS.



QVONIAM igitur omnis pre-
sens disputatio de spolio fu-
tura est, sumendum est ini-
tium ab vniuerso genere spo-
lij, cuius t verbum fit in iure
latissimum, continens id om-
ne, cuius restitutio denegatur
primo possessori; plures ta-
men habens in se finis, ac spe-
cies inuicem dissimiles, va-
riisque temporibus editas, &
propriis subsidiis munitas,
prout temporum euentus, & occasio postulare videbantur.
Quorum omnium sit ab incunabulis cognitio deducenda, vt
ex vera eorum notitia, hanc quam petimus spoliationis ma-
teriam, plenarie perlustremus. Quæ quidem non suo ordine,
oculis, ac menti obiecta, quasdam tenebras interdum afferat,
vt pleraque videantur inter sese pugnare, quæ tamen tempo-
rum distinctione adhibita, facillime concordentur.

A DE



DE SPOLIO

LIBER SECVNDVS.



DE IVDICIO SPOLII

& foro competenti. Cap. I.



IVM itaque tot varia, & inuicem dissimilia sint spolij subsidia, diuersisq; temporibus introducta, secundum varias causas & qualitates, singulaque habent proprios & distinctos terminos superius iam recitados; ni mirum sit, si his confusim in iudicium deductis, plerumque in eorum cognitione laboretur, & interdum æquiocetur, cum indistincte proposita reprobum, & incongruum præbeant intellectum, qui apertissimus sit futurus, si cuique remedio spolij iudicia propria distinctim applicentur. Igitur post singulas actiones spolij superius late relatas, subsequentiè proponenda sunt earum iudicia, sine quibus actiones ipsæ inanes redderentur. Ideoque ad plenam horum cognitionem, ex ordine sint deducendæ omnes præcipuæ iudiciorum partes, quæ constant ex libello, probationibus, excepti onibus, sententiis, appellationibus, & executionibus, de quibus singularis seiunctim tractandum sit, vt cuncta, quæ specificè ad

REGESTVM,

† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm.
a b c d e f g h i k l m.

Omnes sunt Duerniones.



R O M A E,

In Aedibus Populi Romani.

M D LXXIX.